



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Theodora Poenitens. 11. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

dimus, quām illi à quo accepimus? cui si in hoc seculo
militaverimus, tunc ad ipsum transire merebimur.
S. Paulin. ep. 39.

S. THEODORA POENITENS.

II. Septembbris.

VIrum an feminam spectasse te, lector autumas? utrumque, si mihi credis. Nam femina, puto, fuit THEODORA, cùm lapsa est, vir, cùm surrexit. Id te vita docebit. Tenebat illa matronas inter Alexandriæ principem locum. Sed ex hoc linea eademque venefica turpiter dejecit, cùm quæ Sol occidens non spectat scelera impunè perpetrari suasit, itaque adulterium persuasit: ac si unum solummodo cælum oculum haberet & media etiam in nocte Argus non esset. Vedit ipsa THEODORA crimen, cùm primum lux animo aborta est, & quò ruborem absconderet, cœnobio se abdidit, utque viros effugeret, inter viros virum se venditavit. Et jam lacrimas quibus facinus piabat, vel Crocodilus probaverat, dum dorso innoxiam per fluctus tulit; jam silvæ, per quas invidi monachi intempestâ nocte miserant à feris devorandam, virum & ipsæ crediderant; cùm loco pellere dæmon malus aggressus, non quidem virum negavit THEODORAM, sed tamen infamis mulierculæ operâ patrem mentitus est. Poterat se ipsam absolvere THEODORA sexum fatendo, sed maluit suum sub alieno scelere scelus luere. Itaque pulsâ cum infante septem ipsos annos propter Monasterii fores jacuit cæli hominumque injuriis exposta. Denique cætera miracula, & morientis apud cælites gloria Cœnobiarchæ ostensa, adductusque eodem temporis articulo maritus, mors ipsa

I. Sept.
saculo
imur.

S.

autu-
mina,
m sur-
tronas
ocle-
n quæ
perpe-
unum
mediā
THEO-
aborta
bio se
virum
facinus
dorso
r quas
à feris
lum lo-
uidem
nfamis
terat se
o, sed
Itaque
er Mo-
riis ex-
orientis
, addu-
, mors
ipfa

12. Sept. VITÆ S A N C T O R V M . 447
ipsa denique palam orbi fecerunt feminam fuisse
THEODORAM, sed quam viri imitarentur. Ex
Metaphrast.

Meliora mihi amici vulnera , quæ Christus accepit
ut sanaret me, quam voluntaria inimici oscula, quibus
mihi per illecebris delectationum caro maleuada blan-
ditur, ut quasi parricidiali Iude osculo paratis in capti-
vitatem meam prodat inimicis. S.Paulin.ep.2.

S. G U I D O C O N F . 12. Septembris.

E Tiam GVIDONEM humili genere natum ad
astra virtus evexit, tutissima eorum scala, qui
generosi humi obrepere detrectant. Natalem ter-
ram Brabantia dedit. Puer non prius animo hilari
esse unquam potuit, quam aut preces Deo, aut
egeno stipem dedisset, quam ubi non habuit, ipse
scilicet coëgit, mendicorum mendicabulum.
Adolescens VIRGINIS templo operam suam ædi-
timus addixit, gnarus cœli portam esse, quam cu-
raret. At tam sancto munere cum à mercatore per-
suasus mare conseedisset, & ventos & Superos
adversos sensit, quin remo manum tamdiu exi-
mere non potuit, quoisque hanc redux VIRGI-
NIS aræ supplicem tetendit, manifesto in hujus
transfugas exemplo. Sanctius postmodum iter
instituit, cum Romam & Hierosolymas aliosque
Christianis vestigiis nobiles locos petiit, septem-
que ipsos annos talem se, quales omnes sumus,
peregrinum vendidit. Hinc cum fesso DEVS quie-
tem donare vellet, in lectulum dejecit. Hoc cum
æger Anderlaci decumberet, columba è cælo
multo lumine corusca advolavit, simul vox auditæ
est, quæ ad coronam dilectum invitavit. Enimvero
lubens paruit. Orbe scilicet pererrato, restabat

III